

Autographum siue Originale scripti huius custodiebatur semper
in Archivio Illrmi Principis, Boguslai Radziwily: Apographa ve-
rò ejus reperuntur tam in Metra Regni, quàm in Tabulis Publi-
cis siue Voluminibz Castrensibz in Polonia, et item in Cancellaria
Cüstrinensi in Neo-Marcia, ubi Instrumentum hoc cum omnibz
Juris Solennitatibz et Attestatis inscriptum, adservatur. Ad
Acta Wschovensia hoc modo oblata et inscriptum legitur:

hic inseratur Extractum illud wschovense Assecurationis, siue in tot,
siue in parte.

2. ASSECURATIO peculiaris magni Nominis Episcoporum, a^o 1638
facta. Cum in Comitibz Dissidentes de gravibus à Clero Romano sibi illa-
tis injurijs magnopere conquererentur, vulneraqz sua ut sanarentur, sim-
pliciter urgerent; Ne res hæc Publica turbaret Consilia, illico cautum est
Dissidentium Securitati peculiari Assecuratione, cujus hæc summa: Upro
kajajze Pretenzije Dissidentow, etc. h. e. Tranquillando Preensiones
Dissidentium, ne desiderijs suis in præsentia negotium nobis facerent, de-
claratum est Inhibitione præsentis monere Clerum Romanum, ne aliam
ob causam, præterquam ob Proventus Ecclesiasticos Dissidentes in jus vo-
cant. Et si hoc nomine Controversia aliqua oriatür, deferendam prius
esse ad Loci Ordinariam. In specie cautum, ne Ministri Dissidentium ad
Judicium Tribunalis trahantur; sed eò citati Dissidentes, mature ad Loci
Ordinarios confugiant, petendo, ut pars infesta coercatur, etc. etc.
Subscriperent: Matthias Lubiencki Episcopus, ~~Lucensis~~ Sijariensis, An-
dreas Wzlotowski Episcopus, Pomnariensis, Stanislaus Lubiencki Episcopus
Plorensis, Jacobus Zadzik Episcopus Cracoviensis, Dux Severie. Hæc
verò Assecuratio tradita est per Oblatam in Castrum Wschovense, Ta-
bulisqz Publicis inscripta, Feniã Tertiam post Dominicam Rogationum,
Anno 1638.

3. ASSECURATIO tertia peculiaris, est Illrmi Episcopi Pomnariensis
Anno 1701. data, quæ, uti quidem per Generosum et Magnif. Dnu Bogu-
slavum Unryg Subdapiferum Pomnariensem, ad Acta Castrenz Pomnarien.
oblata et consignata fuit, ita habet:
Actum in Castro Pomnariensi Feniã Quinta in crastino Festi Sanctorum
Petri et Pauli Apostolorum, Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Primo. Ad Officium et Acta
quietaint, quietatqz presentibus.

Hæc uti abundè sufficiunt demonstrandis Juribus, quibus Re-
ligio Evangelica in Polonia subnixæ, olim feliciter floruit; Ita solè
meridiano clariùs docent, evidentissimam eamqz immanem Dissidenti-
bus fieri injuriam, quod non solum à Clero Romano, sub prætextu Sal-
vorum Jurium Ecclesie Romanæ, vano vexationis genere exerere,
antur